Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35471
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

2.

um auctorum sensum ut cuique reptante, et in
minoribus deficiente. Dicebas quia venia
indignam offensionem in minimis licet
quisque sit expeditus in magnis, et quod maiorum
efferret scientia, minorum obscuraret ne-
gligentia. Quid de quibus michi dicendum a baiu-
lis censes? Quod et de quibus interrogas. Sum-
mam quandam breviario pectore explicari
ante et in singulis auctoribus scolasticis
quibus imbuitur floribunda tyrunculorum so-
lent ingenia requirendum sit. id quis auc-
tor sit. quid. quantum. quando. vel quomodo. id
utrum metrice vel prosaice scripserit. quam
materiam vel intentionem operis cuique exordium
susceperit. atque quem finem ipsa scriptionum
series relata sit. Quero etiam de pagina
liminari. quid distet inter titulum. et prefa-
tionem. et proemium et prologum. inter poetam
et historiographum. et sermonarium. inter po-
esim et poema. inter explanationem et
expositionem et lucubratiunculam. et trans-
lationem. inter allegoriam. tropologiam. et